

Jurisdictio Criminalis Officij pauperum ex lege
1541. 6. Augusti.

Serenissimus D. Dux, & Excellentissimi DD. Gubernatores Serenissimæ Reipublicæ Genuensis, auditis hodie octo Illustribus Officialibus prouisionis pauperum exponentibus aliquos ex eorum ministris deliquisse in eorum officio, & pariter diuersos pauperes miserabiles, quibus per eorum officium prouidetur contrafecisse eorum ordinibus, multosque molinarios, panaterios, & furnarios fraudem fecisse in granis, & pane dicti officij, nec inuenisse per bailias eisdem concessas habere aliquam facultatem prædictos, & neminem ex eis plectendi & puniendi, & propterea petentibus aliquod remedium in præmissis adhiberi, examinato negotio, & sub iudicio calculorum omni modo &c. Dant & concedunt facultatem & bailiam præfatis Illustribus officialibus, qui nunc sunt & pro tempore erunt puniendi & cumdemnandi ministros quos inuenerint deliquisse in eorum officio, & pauperes miserabiles qui contrafecerint eorum ordinibus, secundum & pro ut eisdem videbitur vsque ad mortem exclusiue, & cumdemnandi molinarios, panaterios, & fornarios, qui fraudem commiserint in eorum granis & pane in pecunia tantum, & quæ præsens facultas & concessio duret per annos tres tantum, hodiè inchoandos nihil obstante in contrarium.

Habent etiã auctoritatem crimin. respectu delictorũ Pauperum in lazaretto permanentium ex l. 1651. 19. Ianuarij, & 13. Februarij vt ex libro legũ eiusdẽ anni.

Quæ lex fuit prorogata anno 1586. die 13. Iunij, & 18. Iulij, & postea ampliata anno 1607. die prima, & 13. Februarij. sub his verbis.

Che si dia al Magistrato de poveri facoltà & auctorità di condanare li suoi ministri, che haueranno commesso delitto nel loro officio